Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 0.4 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



eum scripsit ille Si aut illius ille
terigno credis: quomodo meis
verbis credetis:-

VI

POst hec abiit ihesus trans
mare galilee: qd est ti
berriadis et sequebatur
eum multitudo magna: quia videbat
signa que faciebat super his qui in
firmabant. Subiit ergo in monte
ihesus: et ibi sedebat cum discipul
eius Erat autem proximum pasca: di
es festus iudeorum Cum sublevasset
ergo oculos ihesus. et vidisset qa
multitudo maxima venit ad eum
Dicit ad philippum. Unde ememus
panes ut manducent hi. Hoc autem
dicebat tentans eum. Ipse enim scie-
bat quid esset faciturus Respondit
ei philippus Ducentorum denario-
rum panes non sufficiunt eis. ut u-
nusquisque modicum quid accipiat
Dicit ei unus ex discipulis eius
andreas frater simonis petri
est puer unus hic. q habet quin-
que panes hordeaceos et duos pisces
Set hec quid sunt inter tantos. Dixit
ergo ihesus. facite homines di-
cumbere. Erat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt ergo viri nu
mero quasi quinque milia accepit
ergo ihesus panes: et cum gratias
egisset distribuit discumbentibus
similiter et ex piscibus quantum vo-
lebant. Ut autem impleti sunt dixit
discipulis suis Colligite que su-
peramverat fragmenta ne pere-
ant. Collegerunt ergo: et imple
verunt duodecim cophinos fragm.
mentorum ex quinque panibus orde
aceis et duobus piscibus que super
fuerunt his qui manducaverant
Illi ergo homines cum vidissent. qd
fecerat signum dicebant. Quia hic
est vere propheta. qui venturus est
in mundum Ihesus ergo cum cog-
noviisset quia venturi essent ut ra
perent eum et facerent eum regem
fugit iterum in montem ipse solus. Ut
autem sero factum est: descenderunt
discipuli eius ad mare et cum as
cendisset navim: venerunt trans
mare in capharnaum Et tenebre
iam facte erant: et non venerat
ad eos ihesus. mare autem vento
magno flante expurgebat Cum
navigasset ergo stadia xxv. vel xxx.
quinque aut triginta: vident ihesum
ambulantem super mare et propin
quare navi fieri: et timuerunt. Ille autem
dicit eis. Ego sum. Nolite timere. Vo
luerunt ergo accipere eum in naum: et
statim navis fuit ad terram quo ibat
altera die turba q stabat trans ma-
re. vidit quia navicula alia non
erat ibi nisi una: et qr non intro-
isset cum discipulis suis navim in na
vim: set soli discipuli eius abis-
sent. alie vero supvenerunt na-
ves a tyberiade iuxta locum ubi
manducaverat panem: gratias agen-
tes deo Cum ergo vidisset turba
quia ihesus non esset ibi neque dis-
cipuli eius ascenderunt in naucu-
las et venerunt capharnaum queri
tes ihesum et cum invenisset eum trans
mare: Dixerunt ei Rabbi. quando
huc venisti Respondit eis ihesus:
et dixit Amen amen dico vobis: q-
rebis me. non quia vidistis signa
set qa manducastis ex panibus. et
saturati estis Operamini non cibum
qui perit: set qui permanet in vi-
tam eternam: quem filius hominis dabit
vobis. Hunc enim pater signavit
deus Dixerunt ergo ad eum
Quid faciemus: ut operemur opa
dei Respondit ihesus: et dixit eis
hoc est opus dei: ut credatis in
eum quem misit ille Dixerunt
ergo ei Quid ergo tu facis sig-